



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Corpus Doctrinae Christianae**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1572**

**VD16 M 2890**

Qvomodo Possit Fieri Hoc Praeceptvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

quantum vinculum sit iusiurandum: Inuocas Deum, vt in te ipsam feriat eius ira, si sefelleris. Quid potest sibi homo tristius imponere, aut quomodo se ad maiorem poenam obligare potest? Ideo respondet euectus. Quia hæc obligatio est sancita & confirmata iure diuino hoc loco: Non habebit Deus infontem, quicumque, vane visum fuerit nomen eius. Ideo etiam in hac vita horribiles poenæ committuntur periueros.

QVOMODO POSSIT FIERI  
HOC PRÆCEPTVM.

Vt autem supra diximus, non fieri opera primi præcepti sine agnitione filij Dei & fide, ita & de hoc præcepto sentiendum est. Satis constat, non posse fieri inuocationem, nisi agnito mediatore Christo, sic & de gratiarum actione sentiendum est. Item in ministerio te necesse est tradi Euangelium de filio Dei, &c. Denique, vt supra diximus, oportet primum apprehendi reconciliationem per filium Dei donatam, postea vero placere incoactam obedientiam. Idem de cæteris præceptis sentiendum est. Et opera cæterorum præceptorum non placent Deo, & sunt cultus Dei, cum præcedunt opera primi præcepti, timor & fides. Sic reliqua sunt sacrificia laudis, & Deo placere, præcipue vero opera secundi præcepti. Sicut scriptum est præceptum de hoc genere, Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

PECCATA CONTRA SE-  
CVNDVM PRÆCEPTVM.

ANTIETHESIS eadem est, quæ est superioris præcepti, quæ vitia cordis, quæ supra recensuimus, proferuntur. Pugnant ergo cum hoc mandato sermones Epicurei, externi cultus impij, impie inuocationes Dæmonum, idolorum & mortuorum, falsa doctrina, perniciosa, execrationes iniustæ, sermones arrogantiam aut impatientiam declarantes, vt dixerat Aïax, se etiam sine Deo vincere posse. Item vltatissimum malum, prætexere nomen Dei, religionis, Euangelij, in iustis cupiditatibus, ambitioni, avariciæ, libidinibus, odijs. Papa titulo ministerij quæsiuit potestatem, mouit iniusta bella, instituit avaritia infinitæ pecuniæ, idola, & alia. Iam hæc ætas etiam titulo Euangelij sæpe priuatas cupiditates tegit. Pertinet huc & scandala omnia, quæ vel lauciant infirmas mentes, & fidem languesciunt, vel alioquin voluntates aliquorum ab Euangelio. COMMINATIONES tristissimæ vtrique præcepto additæ sunt, quæ cum de corporali poenis loquuntur, etiam æternam iram significant, quia lex non committit remissionem peccatorum, sed in Euangelio clare declaratur.